

Evangelische Realschule II zu Breslau.

Drei Denkmäler
zur
älteren schlesischen Schulgeschichte.

Mit einem Anhang:

Rede Hieronymus Gürtlers für die Brüder-Schule in Culm 1531.

Von

Dr. Gustav Bauch,

Professor.



Wissenschaftliche Beilage zum Jahresbericht Ostern 1901.

Progr.-Nr. 239.

Breslau.

Druck von Grass, Barth u. Comp. (W. Friedrich).

96r (1901)
38

239⁸

HT000470863

Ältere schlesische Schulgeschichte
Drei Denkmäler



Von den Dokumenten, die hier vereinigt erscheinen, beleuchtet jedes eine besondere Seite des älteren Schulwesens. Das erste, ein Protokoll, betrifft die Stellung einer städtischen Pfarrschule zu dem ihr vorgesetzten kirchlichen Organ, dem Scholastikus der Kathedralkirche, und bezeugt den auffallend frühen Versuch (1368) einer thatkräftigen deutschen Bürgerschaft, eine Schule, die sie geschaffen hatte und die durch fromme Stiftungen der Bürger im wesentlichen lebensfähig erhalten wurde, der hierarchischen Oberaufsicht zu entziehen. Das zweite, die kirchliche Fundierung der Partikularschule in Goldberg (1507), gewährt einen Einblick darein, wie man vor der Reformation die materielle Ausstattung der Lehrerstellen zu schaffen pflegte. Das dritte endlich, ein Testament (1532), führt uns in die Privatverhältnisse eines Schulmanns aus dem Anfange des XVI. Jahrhunderts ein. Und auch der Anhang, eine Bittrede für eine Schule, ist nicht unwichtig als ein Beitrag zur Geschichte des Schulwesens in der Zeit der durch die Reformation verursachten Bewegungen. Obgleich nach Westpreußen gehörend, hat die Rede hier ihren Platz gefunden, weil der Verfasser ein Schlesier und der fast vergessene Begründer der Goldberger Partikularschule ist.

I. Protokoll über die Stellung des Rektors der Pfarrschule zu St. Maria Magdalena in Breslau zu dem Domscholastikus. 1368.

Als sich nach der Verbrennung des alten slavischen Marktes auf dem linken Oderufer 1241 durch die Mongolen an seiner Stelle die deutsche Stadt Breslau erhoben hatte, war die Bürgerschaft für die Beschulung der Kinder auf die Domschule angewiesen. Der Weg zur Dominsel war weit und durch den Verkehr auf den engen Oderbrücken für die Kinder nicht ohne Gefahr. Daher erbat den Bürger 1267 von dem päpstlichen Kardinal-Legaten Guido vom Titel St. Laurentii in Lucina, der zur Zeit eine Synode der Gnesener Kirchenprovinz in Breslau abhielt, die Erlaubnis zur Errichtung einer

Schule¹⁾ bei der Pfarrkirche zu St. Maria Magdalena. Der Kardinal erfüllte durch eine Urkunde vom 12. Februar 1267 die Bitte und bestimmte, daß der Scholastikus der Kathedralkirche den Rektor der Schule zu ernennen haben sollte. Das Gleiche ordnete Bischof Johann von Breslau 1293 für die zweite, mit seiner Zustimmung geschaffene Pfarrschule zu St. Elisabeth an.²⁾

Die Kirche zu St. Maria Magdalena unterstand dem Patronat des Bischofs, das Domkapitel betrachtete sie jedoch wie eigenen Besitz, da es Gewohnheit ward, daß der Pfarrer aus den Mitgliedern des Kapitels bestellt wurde.³⁾ Das Patronat über die Kirche zu St. Elisabeth hatte Herzog Heinrich III. 1253 dem Hause der Kreuzherrn mit dem roten Stern zu St. Mathias übertragen, und der Konvent präsentierte stets dem Bischof einen Bruder für die Pfarrei.⁴⁾ Die von der Stadt geschaffenen Schulen galten als Pertinenzen der Kirchen.

In den letzten Jahren des babylonischen Exils der Päpste, das geeignet war, das Ansehen der Hierarchie zu erschüttern, befand sich das Mathiasstift, 1360—1370, in einem Kampfe gegen die Weltgeistlichkeit, die sich in die Pfarre einzudrängen suchte, während fast gleichzeitig, 1366—1369, die Stadt einen Streit mit dem Domkapitel über die Grenzen weltlicher und geistlicher Jurisdiktion durchzufechten hatte.⁵⁾ Der Rat und der Pleban zu St. Elisabeth versuchten während dieser Wirren, den Domscholastikus aus seiner Stellung zu den Schulen zu verdrängen. Der zeitliche Besitzer der Scholastrie M. Simon von Liegnitz war jedoch auf der Hut und da ihm offenbar die Stiftungsurkunden der Schulen nicht zur Verfügung standen, zitierte er die beiden Rektoren, M. Heinrich Bankow zu St. Elisabeth und M. Heinrich von Schorgast zu St. Maria Magdalena, vor das Tribunal des bischöflichen Offizials und zwang sie durch die Androhung kirchlicher Zensuren zur Beantwortung einer großen Reihe von Fragen, die seine faktische und rechtliche Stellung zu den Schulen nach allen Seiten hin klarlegten und sie auch für seine Nachfolger bis in die Tage der Reformation, bis zum Jahre 1528, sicherten.

1) C. Schönborn, Programm des Gymnasiums zu St. Maria Magdalena 1843, 1. Schlesische Zeitschrift V, 98.

2) S. G. Reiche, Programm des Gymnasiums zu St. Elisabeth 1843, 6.

3) H. Markgraf, Beiträge zur Geschichte des evangelischen Kirchenwesens in Breslau, 3, 4.

4) H. Markgraf, a. a. O., Schmeidler, Die evang. Haupt- und Pfarrkirche zu St. Elisabeth, 30, 164, 185.

5) Schmeidler, a. a. O., 140.

Da das Protokoll Heinrich Bankows schon veröffentlicht ist,¹⁾ folgt hier, obgleich nur in geringen Dingen davon abweichend, zur Vervollständigung der Akten als Seitenstück das Protokoll Heinrichs von Schorgast.

1368 März 14.

Breslau.

In nomine Christi. Amen. Nos, Jacobus Engilgeri, canonicus et officialis Wratislauensis, uniuersis et singulis, presens instrumentum publicum inspecturis, volumus esse notum, quod coram nobis sub anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo octauo indiccione sexta die Martis septima mensis Marcij hora terciarum uel quasi in domo protunc habitationis nostre, nobis pro tribunali sedentibus, constitutus venerabilis vir magister Symon de Legnicz, scolasticus et canonicus ecclesie Wratislauensis, quandam citacionis literam subscripti tenoris, sigillis nostro et domini executoris, ad eandem deputati, a tergo sigillatam, ibidem coram nobis ac notario publico et testibus infra-scriptis legendam exhibuit et porrexit. Qua quidem citacionis litera de mandato nostro per subscriptum notarium nostrum recepta et publice lecta, ibidem comparuit honorabilis et discretus vir magister Henricus, rector scole s. Marie Magdalene Wratislauensis, in dicta citacionis litera contentus, asserens, se paratum, parere iuri et ad obiecta humiliter respondere. Ipse quoque magister Symon pro se et scola sua, quam in dicta Wratislauensi ecclesia obtinet, quandam cartam papiream, certas interrogaciones subscripti tenoris et continencie continentem, exhibuit et produxit pecijtque, dictum magistrum Henricum compelli ecclesiasticam per censuram, ut medio suo iuramento responderet ad interrogaciones easdem. Qui quidem magister Henricus pecijt, sibi copiam dictarum interrogacionum decerni et dari ac certum terminum ad deliberandum, qualiter super eis respondere deberet, nihilominus assignari. Et nos, dicto magistro Henrico copiam earundem interrogacionum fore dandam, decreuimus et sibi diem Sabbati vndecimam dicti mensis Marcij, proxime tunc uenturam, ad respondendum eisdem interrogacionibus duximus pro termino peremptorio statuendam. Actum anno, indiccione, mense, die, hora et loco predictis, presentibus uenerabilibus et discretis viris, dominis Jacobo de Paczkow, preposito, Petro de Gostina, canonico, Johanne Ketirlini, vicario, Wratislauensibus, testibus ad premissa.

Tenor vero citacionis, de qua supra fit mencio, sequitur huiusmodi sub tenore: Jacobus Engilgeri, canonicus et officialis Wratisl-

¹⁾ W. Rudkowski im Programm des Gymnasiums zu St. Elisabeth 1899, 63. Mitteilungen der G. f. d. E. u. S. G. IX, 232.

lauiensis, discreto viro domino Johanni Ketirlini, vicario Wratislauiensi, salutem in domino. Mandamus vobis, quatenus peremptorie citetis discretum virum magistrum Henricum, rectorem scholarum apud s. Mariam Magdalenam in Wratislauia, ut coram nobis feria tertia proxima post nunc instantem dominicam, qua Reminiscere in dei ecclesia decantabitur, compareat hora terciarum uel quasi, venerabili viro domino Symoni de Legnicz, scolastico Wratislauiensi, ad obiecta et alia de iusticia responsurus. Datum Wratislauie, die iiij^o mensis Marcij anno domini millesimo CCCLXVIII^o.

Executo mandato, presentes reddite sigillatas.

Postmodum vero anno, indiccione et loco predictis, prefata die Sabbati, videlicet vndecima dicti mensis Marcij, veniente, hora, qua supra, nobis eciam tunc pro tribunali sedentibus, dicto magistro Symone, scolastico, coram nobis personaliter constituto et dicti magistri Henrici, non comparentis, contumaciam accusante, ipsumque contumacem reputari petente, nos eundem magistrum Henricum, per se uel alium minime comparentem, licet diucius exspectatum, exigente iusticia, ad instanciam dicti magistri Symonis reputauimus et pronunciauimus merito contumacem, sed effectum ipsius contumacie ad diem Martis xiiij. dicti mensis Marcij, proxime tunc venturam, duximus suspendendum, presentibus venerabilibus et discretis viris, domino Jacobo de Paczkow, proposito, domino Johanne Brunonis, canonico, Wratislauiensibus, testibus ad premissa.

Tandem quoque anno, indiccione et loco predictis, die Martis predicta, videlicet xiiij. dicti mensis Marcij, veniente, hora, qua supra, nobis eciam tunc pro tribunali sedentibus et dietis partibus coram nobis personaliter constitutis, prefatus magister Henricus, suam volens purgare contumaciam, mox ad requisicionem partis aduerse de mandato nostro ad sancta dei ewangelia, corporaliter tacta, iuramento premissis seu prestito, ad dictas interrogaciones respondit in scriptis, prout inferius post ipsas interrogaciones plenius continetur, presentibus venerabilibus et discretis viris, dominis Jacobo de Paczkow, preposito, Petro de Gostina, canonico, Johanne Brunonis, canonico, Wratislauiensibus, et domino Johanne, in Mankoschicz plebano, testibus ad premissa.

Tenor vero dictorum productorum, de quibus supra fit mencio, et primo interrogacionum, sequitur huiusmodi sub tenore:

In nomine Christi. Amen. Interrogaciones subscriptas, in cedula presenti contentas, facit, dat et exhibet coram vobis, venerabili viro, domino Jacobo Engilgeri, officiali Wratislauiensi, Symon de Legnicz, scolasticus ecclesie Wratislauiensis, ad quem pertinet et ad cuius predecessores, scolasticos, qui fuerunt pro tempore, ratione scolastrie dicte Wratislauiensis ecclesie pertinuit, tam de iure quam

de consuetudine legitime prescripta institutio et destitutio rectorum scole s. Marie Magdalene Wratislaviensis, et petit instanter, quatenus mandetis honorabili viro, magistro Henrico, rectori dicte scole s. Marie Magdalene Wratislaviensis, ut ad eas interrogaciones et earum quamlibet personaliter respondeat specificè et diuissim, mediante suo proprio iuramento.

Interrogetur primo idem magister Henricus per vos, dominum Jacobum, officialem predictum, si ipse sit rector scole s. Marie Magdalene supradicte ipsamque et pueros sine scolares et . . . filios tam . . . consulum quam . . . ciuium aliorum Wratislaviensium, dictam scolam ratione studij visitantes, hucusque rexit et regat ad presens pacifice et quiete, scientibus, patientibus et non contradicentibus . . . consulibus et . . . ciuibz alijs Wratislaviensibus ac . . . plebano ecclesie s. Marie Magdalene predictae Wratislaviensis.

Item, si de hoc sit publica vox et firma in ecclesia et ciuitate Wratislaviensibus.

Item, si ipse responderit, quod fuerit et sit rector, ut premittitur, proxime interrogetur, quot annis dictam scolam ac pueros et scolares, eam ratione studij visitantes, rexit pacifice et quiete, scientibus, patientibus et non contradicentibus . . . consulibus Wratislaviensibus, qui fuerunt pro tempore successiue.

Item interrogetur idem magister Henricus per vos dominum . . . officialem predictum, quis sibi de eadem scola et eius regimine primitus prouiderit.

Item, si dixerit, quod . . . scolasticus ecclesie Wratislaviensis sibi prouiderit de ea, interrogetur de proprio nomine illius . . . scolastici et quot anni sint elapsi a tempore prouisionis huiusmodi usque in annum presentem et si sibi prouiderit ratione sue dignitatis, scilicet scolastrie, quam in dicta Wratislaviensi ecclesia obtinebat, aut alias, et si sibi de dicta scola prouiderit solus et in solidum sine requisicione uel assensu alterius cuiuscunque.

Item interrogetur idem magister Henricus, si ille scolasticus, qui sibi tunc prouidit, fuerit in pacifica possessione uel quasi iuris prouidendi uel disponendi de scola et eius regimine supradictis solus et in solidum ratione dignitatis, uidelicet scolastrie predictae.

Item interrogetur, si de premissis omnibus et singulis tunc temporis fuerit in ecclesia et ciuitate Wratislaviensibus publica vox et fama.

Item interrogetur, si ipse magister Henricus vigore prouisionis huiusmodi, de prefata scola et eius regimine per dictum scolasticum sibi facte, fuerit adeptus possessionem pacificam scole et regiminis predictorum ipsamque hucusque rexit et regat pacifice et quiete vigore prouisionis predictae.

Item interrogetur, si ipse magister Henricus vnquam tempore sui regiminis fuerit per aliquem uel aliquos, qui se in collacione huiusmodi ius habere pretenderet seu pretenderent, efficaciter inpetitus seu inpeditus, quominus ipse scolam predictam tunc regeret et nunc regat, fructus quoque et redditus ac prouentus cum omnibus iuribus et pertinencijs suis, ad dictam scolam et eius regimen spectantes seu spectantibus, perciperet et percipiat eciam pacifice et quiete.

Item interrogetur, qui successerint in scolastris predicta illi scolastico, qui primo sibi de scola memorata prouidit, et que fuerint propria nomina eorundem.

Item, ipsis nominatis, interrogetur magister Henricus predictus, si ipse recognouerit eosdem successores in dicta scolastris et quemlibet eorum suos dominos, patronos et collatores seu suum dominum, patronem et collatorem scole et regiminis eorundem ratione scolastris predictae.

Item, si affirmatiue responderit ad predicta, proxime ulterius interrogetur idem magister Henricus, si ipse dictis scolasticis successiue fore subiectum tamquam suis dominis ac patronis et collatoribus ratione scole et regiminis predictorum se exhibuerit et qualiter et quomodo.

Item interrogetur, si ipse magister Henricus recognoscat, me, Symonem de Legnicz, superius nominatum, a multis annis citra fuisse et nunc esse scolasticum diocesis Wratislauensis ecclesie et in pacifica possessione uel quasi eciam fuisse et esse scolastris predictae.

Item, si affirmatiue responderit ad proxime predicta, ulterius interrogetur, si ipse magister Henricus recognoscat, me, Symonem supradictum, fore et esse suum dominum, patronum et collatorem scole et regiminis predictorum ratione scolastris predictae solum et in solidum, aut plebanum ecclesie s. Marie Magdalene, uel consules ciuitatis Wratislauensis, uel quemcunque alium.

Item, si de premissis omnibus et singulis, ut premittitur, tunc tempore prouisionis predictae et a dicto tempore citra fuerit et nunc sit in ecclesia et ciuitate Wratislauensibus predictis publica vox et fama.

Tenor vero responsionum, de quibus supra fit mencio, sequitur huiusmodi sub tenore:

Ad interrogaciones, nuper coram vobis, venerabili viro, domino Jacobo Engilgeri, officiali Wratislauensi, per honorabilem virum, dominum Symonem de Legnicz, scolasticum ecclesie Wratislauensis, in iudicio datas et exhibitas, respondet Henricus, dictus de Schorgast, rector scole s. Marie Magdalene Wratislauensis, prout sequitur, in hunc modum:

Ad primam interrogacionem, que sic incipit: Interrogetur primo idem magister Henricus et cetera, respondet dictus Henricus, quod ipse est rector scole s. Marie Magdalene Wratislaviensis quodque ipsam dictam scolam et pueros siue scolares, filios tam consulum quam ciuium aliorum Wratislaviensium, scolam eandem ratione studij visitantes, hucusque rexit et regit ad presens pacifice et quiete, scientibus, patientibus et non contradicentibus consulibus et ciuibus alijs Wratislaviensibus et . . plebano ecclesie s. Marie Magdalene.

Ad secundam que incipit: Item si de hoc sit et cetera, respondet idem Henricus, quod de hoc tam in ecclesia quam in ciuitate Wratislaviensibus est publica vox et fama.

Ad terciam, que sic incipit: Item, si ipse responderit et cetera, respondet prefatus Henricus, quod ipse septem annis et vltra rexit dictam scolam et pueros et scolares, eam ratione studij visitantes, pacifice et quiete, scientibus, patientibus et non contradicentibus consulibus Wratislaviensibus, qui fuerunt pro tempore successiue.

Ad quartam, que sic incipit: Item interrogetur idem magister Henricus et cetera, respondet, quod scolasticus ecclesie Wratislaviensis sibi primitus prouidit de dicta scola et eius regimine.

Ad quintam, que sic incipit: Item, si dixerit et cetera, respondet dictus Henricus, quod scolasticus Wratislaviensis, qui sibi primo de scola et regimine predictis prouidit, vocabatur dominus Jacobus de Pogrella, et sunt septem anni et vltra elapsi usque in annum presentem a tempore prouisionis huiusmodi, et prouidit sibi ratione sue dignitatis, scilicet scolastrie, quam in ipsa ecclesia Wratislaviensi obtinebat, et solus et in solidum, nullo alio requisito.

Ad sextam, que sic incipit: Item interrogetur idem magister Henricus et cetera, respondet, quod dictus dominus Jacobus de Pogrella, scolasticus, fuit in pacifica possessione uel quasi iuris prouidendi et disponendi de dicta scola et eius regimine et solus et in solidum ratione scolastrie sue predictae.

Ad septimam, que sic incipit: Item interrogetur et cetera, respondet, quod de premissis omnibus et singulis tunc temporis fuerit publica vox et fama in ecclesia et ciuitate Wratislaviensibus.

Ad octauam, que sic incipit: Item interrogetur, si ipse magister Henricus et cetera, respondet, quod ipse Henricus vigore prouisionis huiusmodi, de scola et eius regimine supradictis per dictum dominum Jacobum de Pogrella, scolasticum, sibi facte, fuit adeptus pacificam possessionem scole et regiminis predictorum, ipsamque scolam hucusque rexit et regit pacifice et quiete.

Ad nonam, que sic incipit: Item interrogetur, si ipse magister Henricus et cetera, respondet idem Henricus, quod nunquam tempore sui regiminis fuit per aliquem seu aliquos, qui se in collacione

huiusmodi ius habere pretenderet seu pretenderent, inpeditus seu inpetitus adeo efficaciter, quominus ipse scolam predictam tunc regeret et nunc regat, fructus quoque, redditus et prouentus et iura et pertinencias eius tunc perciperet et nunc percipiat pacifice et quiete.

Ad decimam, que sic incipit: Item interrogetur, qui successerint et cetera, respondet ipse Henricus, quod eidem scolastico, qui primo sibi de scola memorata prouidit, videlicet domino Jacobo de Pogrella, successit presens scolasticus, videlicet dominus Symon de Legnicz.

Ad xi., que sic incipit: Item, ipsis nominatis, interrogetur magister Henricus predictus et cetera, respondet, quod ipse Henricus recognouit et recognoscit eundem successorem in dicta scolastrica, videlicet dominum Symonem de Legnicz, suum dominum, patronum et collatorem dicte scole et eius regiminis ratione scolastrice predictae.

Ad xij., que sic incipit: Item, si affirmatiue responderit et cetera, respondet idem Henricus, quod ipse moderno domino scolastico, videlicet domino Symoni de Legnicz, se exhibuit subiectum tamquam domino suo, patrono et collatori, ratione scole et regiminis prefatorum, in hunc modum videlicet, quod aliquociens quolibet anno in festo et in vigilia natiuitatis domini ferinas uel vinum et in die beati Gregorij, in qua pueri solent locari ad scholas, crustulas triticeas ac in die s. Galli gallos, que et qui a pueris ipsius scole sibi presentabantur, in signum subieccionis transmisit et eandem subieccionem et reuerenciam scolastico, videlicet domino Jacobo de Pogrella, pie memorie, antecessori scolastici domini Symonis de Legnicz, fecisset, si presens et in partibus fuisset.

Ad xij., que incipit: Item interrogetur, si ipse magister Henricus et cetera, respondet, quod ipse recognoscit dominum Symonem, superius nominatum, a multis annis fuisse et nunc esse scolasticum dicte Wratislaviensis ecclesie et in possessione pacifica uel quasi eciam fuisse.

Ad xiiij., que sic incipit: Item, si affirmatiue responderit et cetera, respondet, quod ipse recognoscit dictum dominum Symonem, scolasticum modernum, esse suum dominum, patronum et collatorem scole et regiminis prefatorum ratione scolastrice predictae solum et in solidum et non alium, neque... consules, neque... plebanum predictos.

Ad xv. respondet, quod de premissis omnibus et singulis fuit tunc et est nunc, ut premittitur, publica vox et fama in ecclesia et ciuitate predictis.

Et ego, Johannes de Cunczindorf, clericus Wratislaviensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius et dicti domini Jacobi, canonici et officialis Wratislaviensis, scriba, premissis

omnibus et singulis, dum sic, ut premittuntur, coram eodem domino meo . . . officiali prefato successiue agerentur et fierent, vna cum prescriptis testibus presens interfui, presens quoque instrumentum, rogatus et requisitus per dominum Symonem, scolasticum memoratum, ac de mandato domini mei . . . officialis predicti propria manu mea omnia producta de uerbo ad uerbum hic inserendo, publicando conscripsi, signo et nomine consuetis vna cum appensione sigilli domini mei . . . officialis memorati consignari in fidem et testimonium omnium premissorum.

Breslauer Diözesanarchiv, Urk. M. 41, Original auf Pergament mit angehängtem Siegel. In tergo von verschiedenen Händen: Scolastrie Wratislaviensis. Super collacione scole s. Marie Magdalene Wratislaviensis.

II. Die kirchliche Fundierung der Goldberger Partikularschule durch Bischof Johann V. von Breslau. 1507.

Die im XVI. Jahrhundert durch Valentin Trotzendorfs Amtsführung hochberühmte gelehrte Schule in Goldberg verdankte ihren Ursprung einem ebenfalls nicht unbedeutenden Schulmanne, M. Hieronymus Gürtler von Wildenberg,¹⁾ der seinen Namen nach geltendem Brauch latinisierte und sich zu verschiedenen Zeiten Cingulatorinus oder Cingularius, später Wildenbergius, Aurimontanus oder Aurimontanus a Ferimontanis nannte.

In Goldberg etwa 1465 geboren, in Köln gebildet, als Schulmann zuerst an der Schule der Brüder vom gemeinsamen Leben in Culm in Westpreußen wirkend, übernahm er 1504 die alte Schule seiner Vaterstadt. Er begnügte sich nicht damit, sie in der von altersher üblichen Weise weiter zu führen, sondern suchte sie, selbst vom Geiste des Humanismus angeweht, zu frischerem Leben und reicherer Entfaltung zu bringen, und prägte ihr, wie dies nur in früherer Zeit in dem Umfange möglich war, ganz den Stempel seiner Persönlichkeit auf.

Äußerlich wuchs die Schule schon dadurch, daß ihn eine Schar von Schülern aus Culm nach Schlesien begleitete, und bald zog der Ruf seiner verbesserten Unterrichtsmethode von weit und breit noch mehr neue herbei. Für seine Sache begeistert und rastlos thätig, bildete er die Schule auch innerlich durch eine ganze Reihe eigener, alle Fächer umfassender Lehrbücher zu einer vollkommenen, den Durchschnitt der gewöhnlichen Trivialschulen weit überschreitenden Partikularschule aus unter dem bewußten Einflusse humanistischer Anschauungen.

¹⁾ Zu diesem Manne vergleiche meine Biographie: Der Begründer der Goldberger Partikularschule Hieronymus Gürtler von Wildenberg, Breslau 1895. Auch Schlesische Zeitschrift XXIX, 159 f.

Er fand bei seinen Bestrebungen nicht bloß Entgegenkommen bei der Stadt, sondern auch bei dem Landesfürsten Herzog Friedrich II. von Liegnitz und bei dem Bischof Johann V. Thurzo von Breslau bereitwillige Unterstützung. Der kleinen Stadt wäre es wohl schwer gefallen, die erfreulich wachsende Schule aus ihrer Kammer zu erhalten, der Rat griff daher zu dem längst üblichen Mittel der Versorgung der Lehrer mit kirchlichen Benefizien, über die der Rat das Patronatsrecht hatte. Für den Rektor war schon durch die Milde des Herzogs Friedrich II. gesorgt, dieser hatte ihm ein Kanonikat in Liegnitz zugewendet, und so blieben noch seine drei Unterlehrer zu versehen. Schon einmal, 1495, hatte der Rat einem Schulmeister, Martin Kretschmer, ein Altarlehen¹⁾ bei der Stadtkirche übertragen, „unsere Kinder desto fleißiger zu lehren“, sollte aber eine solche Ausstattung von Lehrern auf drei ausgedehnt und zu einer dauernden Einrichtung gemacht werden, so bedurfte es der Beihilfe der kirchlichen Oberhand, weil, wenn man nicht neue Benefizien für diesen Zweck schaffen wollte, die Transfusion alter nötig wurde.

Günstige Umstände erleichterten dem Rate seinen Plan. Der Ordinarius der Breslauer Diözese, Bischof Johann V., war vor einer seuchenartigen Krankheit aus seiner Residenz Breslau gewichen und weilte im Hochsommer 1507 in Goldberg in der Pfarrei. Er war ein feingebildeter Herr, ein großer Verehrer humanistischer Studien und ein freigebiger Gönner gelehrter Männer,²⁾ die hier folgende Urkunde und der einzig erhaltene Rest seines ursprünglichen Sarkophags³⁾ betonen gerade diese seine Lieblingsneigungen. Mit lebhaftem Interesse nahm er von den Reformbestrebungen des Rektors Kenntnis und bewilligte urkundlich in vollem Umfange alles, was die Ratmanne von ihm erbaten, indem er die vorgeschlagenen Altäre transfundierte und der Schule inkorporierte, aber mit der ausdrücklichen Bedingung, daß die Schule in dem Sinne Gürtlers weiter geleitet und auf ihrer Höhe erhalten werden mußte. Er sicherte damit den Bestand der Schule und schuf sich selbst ein ehrenvolles Denkmal.

Aus dem Inhalt sei nur die Bestimmung erwähnt, daß der Rat Patron der Altäre blieb und dafür präsentierte, daß aber der Rektor die Lehrer entlassen durfte. Der älteste, mit Namen genannte Kollaborator Gürtlers, Nikolaus Adeler (Aedeler), ist später, 1513, als Rektor in Zittau gestorben.⁴⁾

¹⁾ H. Gürtler, 8., Zeitschrift XXIX, 162.

²⁾ G. Bauch, Caspar Ursinus Velius, der Hofhistoriograph Ferdinands I. und Erzieher Maximilians II, Budapest 1886, 9.

³⁾ G. Bauch, Der humanistische Dichter George von Logau, 1.

⁴⁾ G. Bauch in K. Kehrbachs Mitteilungen d. G. f. d. E. u. S. G. V, 25.

1507. August 30.

Goldberg.

Tria altaria in Goltberg pro collaboratoribus schole deputata.

In nomine domini. Amen. Nemo est, qui nesciat, res ecclesiasticas, corporali substantia subnixas, instabili sorte consistere et transmutationi subiacere, quod facile experimus, si nedum ecclesiasticorum beneficiorum singularium interitum, sed et sedium parochialium subuersionem inspicimus. Non immerito, temporum oportunitate et rerum vtilitate suadente, beneficia, alioquin bene constituta, in meliorem et vtiliorem transferre condicionem conquieuit. Hinc est, quod nos, Johannes, dei gratia episcopus Wratislaviensis etc., cunctis tam presentis quam futuri seculi hominibus patere volumus per presentes, quod oblata nobis pro parte proconsulis et consulum oppidi Goltberg peticio continebat: Quod diuina fauente benignitate bonarum arcium studium opera et industria honorabilis et periti viri magistri Hieronimi Cingulatorini tantum ceperat incrementum, ut ex varijs scholis pueri et adulti, hunc preceptorem audituri, in Goldbergensem scholam passim confluant, a quo et primis litterarum rudimentis variarumque disciplinarum argutioribus preceptis erudiuntur exercitationeque assidua breui tempore dociles et disciplinarum, que alias eis difficiles vise [erant], capatiores redduntur. Estque ea spes non incerta, aliquando ex ea studiorum officina viros litterarum arciumque bonarum peritos prodituros. Cum vero ipsum Goldbergense oppidum tantarum non sit facultatum, ut his, qui sub rectore in ea schola Goldbergensi parciarum docendi subeunt operam, stipendia merita soluere possit, aliunde ea conquirere molitur. Vnde, cum tria beneficia ecclesiastica, vnum videlicet altare sancte et indiuidue trinitatis et beatorum Mathie apostoli, Katherine virginis, Hedwigis electe et omnium sanctorum, cui vnitum est aliud sub titulo sanctorum Georgij et omnium martirum, secundum vero omnipotentis dei sueque gloriose genitricis Marie necnon sanctorum Hieronimi confessoris, Hedwigis electe et Barbare virginis tercij ministerij, cui eciam connexum est aliud sub titulo sancti Nicolai confessoris atque pontificis, Marie Magdalene et Marie virginis beatarum, et tercium altare, quod nunc vacat per mortem olim domini Johannis Polen, sub titulo beate Virginis, trium Regum, Cristoffori martiris et Sigismundi regis, in ecclesia parochiali Goltbergensi consistencia, ad iuspatronatus ipsorum proconsulis et consulum Goltbergensium pertineant, nobis humiliter supplicarent:

Quatenus ipsa beneficia tria, durante studio huiusmodi, ipsius schole Goltbergensis hippodidascalis seu collaboratoribus, ita, quod nemini postquam vacauerint quam eisdem, conferantur, sub ordine et modo, vt primum vacans primario seu seniori, secundo vero aut eciam tercio vacante, optio sit ipsi seniori collaboratori, pingius petere et illud,

nod haberet, sequenti seu medio collaboratori dimittere, cui similis sit optio inter reliqua duo altaria, quod vberius fuerit, obtinere, tercio vero seu infimum locum obtinenti altare, quod exilioris redditus fuerit, conferretur, appropriare, ascribere, deputare et assignare, dignemur.

Nos vero, Johannes, episcopus prefatus, considerantes, in hac patria in primis rudimentis pueros negligi ineptoque instituendi modo eciam optima ingenia a litterarum studio abalienari, quo fit, vt, nisi apud exteras gentes, magna adhibita opera, bonas mercentur artes, paucos hec terra doctos viros alat, quos tamen omnis prior etas summe coluit et illorum frequentia celebris esse voluit, nos quoque, qui talium virorum commercio mirumimmodum delectamur, eam Goltbergensem scholam sub hoc preceptore, magistro Hieronimo Cingulatorino, tum accurate et subtiliter tum facilioris institutionis via pueros erudiante, non modicam huic patrie vtilitatem, qua etiam mediocris fortune pueri absque magno sumptu bene litterati efficiantur, allaturam, censes, alios quoque suos successores ab ipso magistro Hieronimo exemplum iuuentutem bene instituendi sumpturos, arbitrati, supplicationi premisse, tam vtili tamque honeste, singulari fauore affecti, altaria tria memorata, in ecclesia parochiali Goltbergensi sita, tribus dicte schole Goltbergensis, officijs, partiariam instituendi operam sub rectore illius schole subeuntibus, de consensu proconsulis et consulum Goltbergensium, patronorum pretactorum, deputamus, ascribimus, assignamus, appropriamus et annectimus. Et quoniam vnum ex tribus, videlicet altare beatissime virginis Marie, trium Regum, Cristofori martiris et Sigismundi regis, in dicta ecclesia situm, prolibatum, per mortem olim domini Johannis Polen, immediati eiusdem ministri, nunc vacat, ad presentationem prenominatorum proconsulis et consulum oppidi Goltberg discretum Nicolaum Adeler, clericum nostre diocesis, senioresem seu primarium dicte schole Goltbergensis collaboratorem, de eodem inuestiuimus et presentibus inuestimus administratione spiritualium et temporalium etc. Cauemus tamen, vt, cum aliud altare ex dictis tribus vacauerit et ipse Nicolaus Adeler aut alius senior collaborator, vt pote pingius, optauerit, vt hoc ipsum, de quo modo inuestitus est, dimittere et collaboratori, secundum locum obtinenti, resignare debeat et sit asstrictus, pari modo, si tercium altare vacauerit, prenominatus Nicolaus Adeler aut alius collaborator primarius pingius optare poterit et illud, quod non tam vberes habet redditus, secundum locum obtinenti dimittere. Is eciam altari suo, quod minimi prouentus est, tercium locum obtinenti collaboratori cedere debet et illud per senioresem dimissum altare optare poterit. Ita, quod semper iste ordo seruetur, vt collaboratori primario inter hec tria altaria, quod potioris est redditus, secundo, quod mediocris, et terciario, quod minoris est, conferatur. Nec alicui, schole officium

deserenti, aliquod predictorum trium altarium retinere, facultas erit, imo mox, postquam officio tali cesserit aut per rectorem rationabilibus ex causis amotus fuerit, decreuimus, ipso facto altare illud, quod ex suo officio habebat, vacare et alteri substituendo, seruato tamen ordine prescripto, conferri debere. Neque patronis ipsis quemuis alium, istis tribus officijs non obnoxium, nobis aut successoribus nostris aut in spiritualibus vicario pro tempore presentare licere. Neque enim intendimus, istorum beneficiorum condicionem, quorum duo cum alijs vnita personalem requirunt presentiam, in aliquo alio immutare seu ipsorum perpetuitatem extinguere, sed dumtaxat pro prefatis officijs schole Goltbergensis, ut ipsis collaboratoribus salarij loco sint, cum id aliunde nancisci nequeant, deputata esse, imo eosdem collaboratores ad omnia altarium onera, in ipsis incorporacionis litteris contenta, preter quam, quod actu debeant esse presbiteri aut intra annum ad presbiterium promoueantur, volumus esse asstrictos. Alioquin prioribus incorporationis seu vnionum litteris in nullo volumus derogare, sed ipsorum contenta inuiolabiliter obseruari. Casu autem dato, ut schola Goltbergensis in eo studij statu non 'persisteret seu preceptorum et discipulorum frequentia, quam nunc habet, propter docentium forte negligenciam, ignauiam seu inerciam aut quamuis aliam causam amitteret, ita quod pristinam condicionem resumere et celebre nomen deserere videretur, ex tunc presentes nostre concessionis singulares litteras volumus expirare et priores incorporacionis seu vnionum litteras in omnibus punctis, clausulis et articulis inconcusse obseruari. Atque illos, qui in talibus officijs suis huiusmodi beneficia consecuti sunt, ad ea obseruanda esse asstrictos et obligatos, pro ut ipsos ad tale scholasticum officium et altaris ministerium, per se alias obeundum, ac alia premissa tenenda, presentibus asstringimus et obligamus, premissa quoque omnia et singula etc. Actum et datum in dote ecclesie parochialis Goltbergensis die penultima Augusti anno domini M^o D^o vij^o, presentibus ibidem venerabilibus, honorabili, scientifico et legalibus viris, dominis Blasio Rhuel, legum licenciato, Stanislao Borg, decretorum doctore, nostre maioris ecclesie Wratislauiensis canonicis, magistro Joachim Creczschmer, capellano, Dominico Schleupner et Michaele Witiger, cancellarie nostre notarijs, fratribus in Christo, fidelibus nostris sincere dilectis, testibus etc.

Breslau, Dom-Bibliothek. Liber II Incorporationum, confirmationum altarium episcoporum Joannis etc. [ab] Anno domini 1505.

III. Testament des Schulmeisters zu St. Maria Magdalena in Breslau M. Johannes Rullus. 1532.

Die Schule zu St. Maria Magdalena in Breslau hatte gerade in der für die Schulen so kritischen Übergangszeit des Eindringens der

Reformation das Glück, nacheinander drei tüchtige Leiter¹⁾ zu besitzen: Ambrosius Moibanus¹⁾ aus Breslau, den späteren ersten evangelischen Pfarrherrn zu St. Elisabeth und langjährigen städtischen Schulpräses, Antonius Niger (Mela)²⁾ aus Breslau, nachmals Professor in Marburg und dann Stadtphysikus und Lehrer des Griechischen in Braunschweig, und Johannes Rullus aus Krakau, der als Rektor der Schule 1532, vermutlich noch ziemlich jung, sein Leben beschloß.

Rullus gehörte einer Familie an, die aus Weißenburg im Elsaß nach Krakau eingewandert war.³⁾ Seine akademische Bildung hat er, einschließlich bis zum Magisterium, ohne Zweifel auf der Jagellonen-Universität seiner Vaterstadt erworben, wenn er sich auch in den Universitätsbüchern unter den vielen Johannes de Cracovia nicht herausfinden läßt. In den klassischen Studien hatte er den Humanisten Valentin Eck⁴⁾ aus Lindau zum Lehrer. Mit seinem Freunde, dem Schlesier Mathias Pyrser⁵⁾ aus Seifersdorf bei Freistadt und dem Engländer Leonardus Coxus,⁶⁾ einem Schüler Melanchthons, der damals Schulrektor in Kaschau war, begleitete er 1522 ein poetisches Werk Ecks, *Vita diui Pauli primi eremitae* (Krakau, H. Vietor, 1522, 4^o), mit empfehlenden Versen, und als 1523 Pyrser den *Absolutissimus de octo orationis partium Constructione libellus* des Erasmus von Rotterdam, Johann Lodiga von Izlza, dem Rechnungsführer des königl. polnischen Schatzmeisters Nicolaus von Szydlowiec, gewidmet, herausgab (Krakau, H. Vietor, 1523, 4^o), fügte er ein *Ogdoastichon Ad Inuentum* bei. Das sind die einzigen bekannten Erzeugnisse seiner Feder. Im Jahre 1527 war er schon in Breslau, der durchreisende polnische Edelmann Andreas Trecesius schrieb von da (quinto Kal. Nouembr.) an Desiderius Erasmus:⁷⁾ *Salutat te Joannes Rullus, conterraneus meus, tui nominis profecto, si quisquam est, studiosissimus.* 1529 widmete ihm und seinem Kollegen, dem Rektor zu St. Elisabeth Andreas Winkler,⁸⁾ der gelehrte Breslauer Patrizier Dr. Johannes Metzler,⁹⁾ der neben

¹⁾ P. Konrad, Dr. Ambrosius Moibanus, Halle 1891. Schriften des Vereins für Reformationsgeschichte. Nr. 34.

²⁾ Vergl. meine Biographie dieses Mannes, Schles. Zeitschrift XVI, 180 f. und XXXII, 76, 389.

³⁾ G. Bauch, Rudolphus Agricola Junior, 4.

⁴⁾ Vergl. meine Biographie von Valentin Eck in der Ungarischen Revue XIV (1894), 40 f.

⁵⁾ *Janociana sive clarorum atque illustrium Poloniae auctorum maecenatumque memoriae miscellae* I, 219.

⁶⁾ G. Bauch, Dr. Johann Henckel, der Hofprediger der Königin Maria von Ungarn. Budapest 1884, 5.

⁷⁾ Breslau, Stadtbibliothek, Rehd. Bd. XII, 150.

⁸⁾ G. Bauch in K. Kehrbachs Mitteilungen d. G. f. d. E. u. S. G. V, 1.

⁹⁾ G. Bauch, Dr. Hans Metzler, Schles. Zeitschrift XXXII, 49 f.

Ambrosius Moibanus seit 1528 städtischer Schulpräses war, seine griechische Grammatik. Er hatte nicht die Absicht, für immer in Breslau zu bleiben; nach seinem Wunsche empfahl ihn im Anfange des Jahres 1532 sein Freund und Landsmann, der Breslauer Stadtphysikus Dr. Mathias Auctus¹⁾ aus Krakau, dem damals als Politiker thätigen, späteren Reformator Johann a Lasko²⁾ und bat ihn um Verwendung bei dem Bischof von Posen, Johann Latański, wegen der Lehrstelle für Rhetorik an der vom Bischof Johann Lubranski geschaffenen Neacademia Lubranciana, einem sogenannten akademischen Gymnasium. Diese Stelle war nur vorübergehend frei, der bekannte Humanist, Theologe und Jurist Christoph Hegendorfer³⁾ aus Leipzig, ihr Inhaber, war nur zeitweise nach Brest Litewsk gegangen und hatte schon wieder in Posen seine Rückkunft angemeldet. Erfreulich war die Stellung in Posen für Hegendorfer nicht und sie wäre es nach Laskos Meinung auch für Rullus nicht geworden, der sich dort „wie ein Papagei unter streitsüchtigen Krähen“ befunden haben würde. Der Wunsch Rullus', Breslau zu verlassen, hatte seinen guten Grund, er war, obgleich Rektor an einer evangelischen Schule in einer evangelischen Stadt, Katholik geblieben, wie er das in seinem Testament ausdrücklich betont. Sein Standpunkt war jedoch ein gemäßigter, wie litterarisch, so war auch in religiöser Beziehung sein Vorbild Erasmus. Der Brief des Johann a Lasko an Mathias Auctus datiert vom 9. Februar 1532, und schon zwischen dem 5. Juni, wo er sein Testament machte, und dem 12. Juni, wo dasselbe eröffnet wurde, muß Rullus gestorben sein. Da in dem Dokument auch Bestimmungen über das Begräbnis getroffen sind, ist der 11. oder der 12. Juni als Todestag anzunehmen.

In dem Testament vermißt man, seiner erasmischen Richtung entsprechend, jede Aufwendung für Seelenmessen oder Anniversarien, und auch die Armen erscheinen nur in den Personen seiner Unterlehrer und seines treuen Famulus Urban. Sein Hausrat war sehr bescheiden, von Edelmetall werden nur ein silberner Löffel, ein vergoldeter Stahlspiegel und dazu einige goldene und silberne Münzen erwähnt. Behäbiger war er in seiner Kleidung und seinem Bettzeug ausgestattet, und für die Zeit, wo die Lehrer ihren kirchlichen Charakter verloren, ist bezeichnend, daß er einen mit Silber beschlagenen Degen besaß, den er täglich getragen hat, außer einem

¹⁾ Zu Auctus vergl. G. Bauch, Dr. Johann Henckel, 27. Vergl. auch H. Dalton, Lasciana, 123, 145, 237, 257, wo aber die Noten nicht tadellos sind.

²⁾ H. Dalton, Lasciana, 124.

³⁾ H. Dalton, a. a. O., G. Bauch, Aktenstücke etc., 36. Vergl. auch O. Günther, Plautuserneuerungen in der deutschen Litteratur des XVI.—XVIII. Jahrh., Anh. 2. Janociana I, 109.

breiten, ebenfalls mit Silber beschlagenen Kurzschild, das wohl bei Reisen angelegt wurde. Von Kapitalien hinterließ er nur einen wiederkäuflichen Zins von 10 Mark, der bei dem Rat von Liegnitz aufgereicht war, sein Bargeldbestand war mäßig, die wenig bedeutenden Außenstände setzten sich meist aus nicht bezahltem Schulgelde zusammen, ein Gevatter in Neiße schuldete ihm drei schwere Mark.

Einen großen Teil seiner Einkünfte, vielleicht auch seines Vermögens, muß er nach echter Gelehrtenart in Büchern angelegt haben, denn er verfügte über eine recht umfangreiche Bibliothek. Das Testament giebt aber leider keinen vollständigen Katalog davon, da viele Bücher in Sammelbänden vereint waren und in den Legaten meist dann nur die Titel der ersten Stücke annähernd genau bezeichnet sind. Dieser Umstand erschwert auch ein richtiges Urteil über die Zusammensetzung der Bücherei, einige bestimmte Züge lassen sich jedoch über die Richtung der Anschaffungen feststellen. Im allgemeinen sind die lateinischen und griechischen klassischen und nachklassischen Autoren, die griechischen auch in lateinischen Übersetzungen, ziemlich gleich an Zahl vertreten, aus dem Gebiet des Hebräischen erscheint nur eine Lesebibel. Rullus pflegte also das Griechische mit Vorliebe, denn griechische Werke waren damals noch ziemlich selten und teuer, aber alles, was aus dem Altertum in seine Hände kam, war ihm von Bedeutung, Prosaiker und Dichter, Grammatiker, Rhetoriker, Rhetoren, Historiker, Juristen, Mediziner, Astronomen, Geographen, Dramatiker, Epiker, Lyriker, alles hat er gekauft. Die Patristik ist wenigstens durch Johannes Chrysostomus und Gregor von Nazianz dargestellt. Gänzlich fehlen die Scholastiker und ihre bündereiche Litteratur. In geradezu erstaunlicher Fülle sind die italienischen und deutschen älteren und neueren Humanisten vorhanden, sehr zahlreich darunter wieder die sprachlichen Theoretiker. Seine besonders bevorzugten Lieblinge waren Desiderius Erasmus und Philipp Melanchthon. Der Menge Erasmischer Schriften steht nur eine von Ulrich Zwingli, *De providentia*, und eine von Martin Luther, seine Aufforderung an die Räte der deutschen Städte zur Gründung von Schulen, gegenüber. Die katholischen Polemiker glänzen wie die Scholastiker durch Abwesenheit.

Von den mit Vermächtnissen bedachten Männern haben mehrere Beziehungen zum Schulwesen gehabt; Nigers (Mela) haben wir in dieser Beziehung schon gedacht. Johann Chilo von Widekop war Rullus' Nachfolger im Rektorat der Magdalenenschule.¹⁾ Andreas Schröter, Paul von Hirschberg, Johann Wentzki nennt das Testament als Lehrer.

¹⁾ C. Schönborn, Progr. des Gymnasiums zu Maria Magdalena 1844, 22, 23.

Johann Lang¹⁾ hat zeitweise die Schulen in Goldberg und in Neiße geleitet, und Georg Werner²⁾ ist Lehrer in Kaschau und wohl auch in Eperies gewesen.

1532. Juni 12.

Breslau.

[Wir Rathmanne bekennen, daß vor uns erschienen sind] der achtpar hochgelerte herr Clemens Borck, der sieben freyen künste vnd ertznei doctor, Lorenz Keppitz, vnser mitpurger, als executores des testaments vnd lezten willens ethwan magistri Joannis Rulli, schulmeisters zw sand Maria Magdalena allhie, demnach er sie, denselben sein lezten wyllen nach seinem tod zu-
uorbringen, bey guter vernunft angelangt vnd vermocht hab, vnd haben vns mit vleis angelangt vnd gebethen, so als er denselben sein lezten willen vorschlossen vnd besigelt den funfften tag dieses monats, demnach er diß an vns begeren lassen vnd vor vns als an krefftige stell nicht kommen mögen, den ersamen, Baldasar Melhn, Hieronimo Cromern, vnsern rathisfreunden, vnd Johansen Scharff, vnserm stadschreiber, vberreicht vnd geanthwort mit bitt, das demselben nach seinem tod allenthalben vnuorbrechlich sol nachgelebt werden vnd sonderlich seine gekorne executores daruber zwhandhaben, dasselb nach vnser stadt gewonheit eroffnen, confirmiren vnd dornach brieflich voltziehen, vnd yne hierauß geben werden. Also haben wir, angesehen ir zimlich bitt vnd aines [testaments?] vnder dem petschafft genantes Rulli, des (!) sie gekhant, vnd sunst allenhalben woll vorwaret vnd ganz vnuordechtig befunden, welches wir auff ir bitt inn irer gegenwortigkeit eroffnen vnd vorlesen haben lassen, vnd lautet von worte zu worte lateynischer sprach, wye hiernach folget:

Seruos dei semper oportet vigilare et domini aduentum expectare; quum iuxta domini admonicionem nesciant, qua hora dominus ipsorum venturus sit, omni igitur hora eos esse paratos opus est, ut domino pulsanti ianuam confestim aperiant. Inter quos ego, Joannes Rullus, arcium magister, connumerari volo, considerata presertim corpusculi mei imbecillitate et aduersa valetudine.

Ante omnia coram Deo et angelis eius et omnium sanctorum cetu protestor, me seruaturum veram Christi fidem et in ecclesia catholica perseueraturum usque ad extremam corporalis vite horam, qua separabitur anima mea (quam in dei manus commendo) a corpore, quod ecclesiastice tradendum sepulture committo. Et, ne de rebus, post exitum ab hac vita derelinquendis, vlla nascatur controuersia, aut aliquid earum preter voluntatem meam a quoquam occupetur aut

¹⁾ Janociana I, 153. K. Kehrbachs Mittheilungen V, 19.

²⁾ G. Bauch, Schles. Zeitschrift XXXII, 82.

usurpetur, facio et condo per hec scripta mente sana et animo probe deliberato testamentum meum, quod, si valere non poterit iure testamenti solennis, saltem valeat iure codicilli et donacionis causa mortis aut cuiuscunque alterius vltime voluntatis, et veto, ne quis veluti iure hereditario aliquid rerum mearum appetere aut innadere ausit, quum ea, quantulacunque est substantia, ad peculium pertineat quasi castrense, quod meis laboribus [comparavi], ut de re liberam [habeam] disponendi facultatem.¹⁾

Do igitur et lego sorori mee germane Anne, Craconię commoranti, precipuas meas vestes, videlicet tunicam, ut vocant, priscam, de panno purpurian,²⁾ item aliam tunicam, hasucam,³⁾ ut vocant, nigri coloris, londischtuch, item vestem, suffultam pellibus uulpinis, item pirretum, cum ostro⁴⁾ in marginibus obductum et ornatum, item meum argenteum cochlear, item precipuos ij cantaros maiores et j cantarum, j quartam continentem habentemque extensum os, quibus (!) effunditur, item 3 scutellas maiores, item j talare, item salinum, atque hec omnia ex stanno, que mihi comparavi, item gutturnium⁵⁾ silicum ei do et lego.

Item alteri sorori, nomine Hed wigis Alexin, do, lego et assigno meam nigram vestem cum ostro, alias sammet, item ein leibroch, mit hatlas vorbrent, item nigrum wammes precipuum, quod habui, ex machaier,⁶⁾ item ein leybrockle, gefuttert mit weissen schmoschen,⁷⁾ eciam ex machaier, item 2 interulas mit gulden kragen, item duos cantaros reliquos cum duabus parvis scutellis et j talari, hec omnia ex stanno, due item scutellule pro ouis 2 addantur, item speculum von stall, quod habet operculum auro exornatum.

Item fratri Sebastiano Puschel, qui commoratur in Glogouia maiore, do, lego pirretum, suffultum pellibus mardurinīs, item ein tessacken,⁸⁾ mit silber beschlagen, item mein reyttrock mit stiffel vnd sporn.

Item Valentino Rullo, pellioni, nepoti ex fratre, do, lego 5 florenos polonice monete atque ein schleple von sammet vnd auch das ander von marder, mein besten wetzken, item vier interulas precipuas, item sudarium⁹⁾ ex auro et aliquot alia precipua, item mein degen, mit silber beschlagen, den ich teglich getragen hab, item tzuo hosen, ein leber farbe sammet geschorn mit einem Futtertuch.

Item matertere mee do ac lego preteritos census iam ad ferias Michaelis anni 1531, quos, si [non?] superviuero, iam ad proximum tempus Michaelis tunc repetat meo nomine a senatu Lignicensi istos census decem marcarum.

Item domino doctori Clementi Boricio do et lego Plinij opus, item Zeigleri annotationes in eundem, item tabellam de duplici copia Erasmi, lego item himnum in Appollinem cum comment. doctiss.

Alexandri Brassicani, item institutiones minutissimas Justiniani, item spheram per Philippum¹⁰⁾ emendatam, item Volateranum, item T. Liuium, item opera Pontani in duobus libellis, nigro corio tectis, item institutionem principis christiani [Erasmi] cum alijs multis vtilissimis et pulcherrimis in nigro corio, item omnia opera Policiani¹¹⁾, in duos tomos distincta, item commentaria Cesaris, item totum opus Homeri Geraie¹²⁾ impressum.

Magistro Anthonio Mele¹³⁾ pro innumeris suis in me officijs do ac lego Aristotilem grecum, item Cornelium Celsum, item Carpi anatomicam cum ceteris ibidem contentis, item Georgii Valle Placentini de vrine significacione cum alijs multis libellis colligatis, item Pauli Aeginete pharmaca simplicia cum ceteris, item Proclum de motu grece cum ceteris contentis, item tabellas Galeni cum ij Honteri.

Item domino doctori Aucto¹⁴⁾ do ac lego Dioscoridem grece et latine.

Item Georgio Verno¹⁵⁾ notario in Epperies, do ac lego pandectas Noremburge editas¹⁶⁾ cum institutionum imperialium libello, item de verborum significacione Alciati¹⁷⁾ item Salomonium, item Homerum ex Aldina edicione, in duos libellos ligati (!). Qui, si, quod absit, mortuus est in captiuitate, pandecte Lango¹⁸⁾ dentur, reliqua dominus doctor Clemens in suum, vel cuius vsum voluerit, retineat.

Item Lango, notario in Schweidenitz, do ac lego commentaria grece lingue Budei¹⁹⁾ et opera Gregorij Nazianzeni greca et latina.

Item meo charissimo Laurencio Justo, Oppolij canonico, do ac lego 3 tomos opera M. T. C[iceronis], item Epistolas Erasmi floridarum.²⁰⁾ Remitto item eidem Terencium cum Ascensij commentarijs, quem ab eo accepi, item carmen scriptum neque unquam impressum in Augustinum, septernio unicus.

Item Andree Schrotero, qui nunc est ludimagister in FreinStadt prope Glogouiam, do ac lego j florenum in auro vngaricum.

Item domino Laurencio Keppitz, vicino meo ex opposito, do, lego primam et secundam tabulam Polonie.

Item Paulo Hirspergensi, fideli meo collaboratori, do ac lego librum cornucopie, item Apuleium cum commentarijs Beroaldi²¹⁾, eciam forma folij, item Aristophanis aliquot comedias in sexter., item eidem Paulo Hirspergensi do ac lego omnia, que mihi debentur tam ab alienigenis quam a priuatis, item eidem epistolarum opus Francisci Philelphi, item declamationes Libanij Sophiste grece et latine cum adiunctis aliquot dialogis ex Luciano.

Item Sebastiano Legnicensi do ac lego opera Senece forma enchiridij, item opera Plauti forma enchiridij, item opera Dionisij grece et latine, item in Andriam annotata per me a Meczlero.²²⁾

Vrbano, fideli ac diligenti famulo meo et in priore et in hac mea aduersa valetudine, do, lego et assigno meam vestem, suffultam pellibus, quas schmoschen vocant, item do, lego et assigno tibialia mea omnia cum diploidis omnibus, excepto ex machaier, item pirretum nigrum, quo quotidie sum vsus, item plumaticas ij precipuas et vnum ceruical cum indumentis, alias mit zeichen, item 3 lintheamina, alias leyloch, item precipuum mensale, item ij manutergia, item lintheamina ad caput abstergendum et sudariola, item palleum pro pluuiā, item horologium simplex, item cultellos, item candelabra ambo cum forcipibus, item galepinum,²³⁾ item testudinem²⁴⁾ et crepytte,²⁵⁾ item Quintilianum cum ceteris, item lexicon grecum, item Priscianum, item Herbarium ocho.,²⁶⁾ item opera omnia Ouidij, in duos libros distincta, item dialecticam Philippi in medio cor., item Adrianum Cardinalem cum ceteris, item diui Joannis Chrisostomi pro (!) de pro. dei precesiones,²⁶⁾ item de pro [graeca?] pronunciacione Erasmi, item Esopi fabule latine, item euchiridion puerorum cum ceteris, item Ciceronis epistolas cum argumentis, item Vdalrici Zeuinglij de prouidencia dei cum ceteris, item Erasmi consultacionem de bello contra Turcas, item Philippi rethorica, item Laurencij Valle dialecticam cum ceteris, item Horacium cum comm., item psalterium Felicis cum ceteris, item epitome historie ecclesiastice per Eusebium cum ceteris, item Apophthegmatum liber Plutarchi per Erasmus, item de pueris liberal. instituendis per Erasmus, item ars versificatoria per Despauterium, item Joannis Honter rudimenta cosmographie, item Terencium Colonie, item opera Plinij omnia, item Senece declamaciones, item epitome Rudolphi,²⁵⁾ item speram Joannis de Sacro Busco, item Salustium, item Nicolai Leonici²⁹⁾ de varia historia, epitome chiliadum cum ceteris, item de constituendis scholis Martini Lutheri cum ceteris, item Guilelmi Budei de contemptu rerum fortune in pergamento cum annotationibus, item exhortacio ad cesarem per Euriciū Cordum, item Boecij in topica Ciceronis, item Aeneae Siluij historia Boemica, item syntaxin Philippi ligatam, item Thome Linaeri de emenda[ta] structura, item Orphei Argonautica grece et latine, item Vrbani³⁰⁾ instituciones cum ceteris, item in Quintiliani instituciones Petri Mosellani in pergamento, item Luciani de sectis dialogus cum ceteris, item Murmelij dictionarium, item fastorum libros non ligatos, item colloquia Erasmi, item prouerbia Salomonis Philippi, item in psalmos aliquot enarraciones Philippi, item diui Joannis Chrisostomi sermo de auaricia, item copiam Erasmi cum scholijs Hegendorphini,³¹⁾ item Catonem grece et latine, item Luciani dialogos latine, item syntaxim Despauterij, item epitome rerum memorabilium, item Enricij Cordi poemata, item epigrammata greca et latina, item de racione misse episcopi Plocensis,³²⁾ item M. Ciceronem de particionibus oratoriis, item Vergilium cum scholijs

Philippi, item in Andriam Terencij annotationes cum cetera parte colloquiorum Erasmi, item oraciones Demosthenis 3, a Mela versas, item lapideas tabellas, item Homeri excerpta, item Donatum Glareani³³) cum Grammaticis (?), item Georgij Symler Grammaticam cum ceteris.

Item dominus Gawron debet mihi a duobus pueris ij florenos, quos Vrbano lego.

Item Caspari, qui est apud dominum Pucher, do ac lego Angeli Policiani rusticum cum doctiss. Beroaldi commentarijs, item Vrbano³⁰) grecum gr. (?), per Aldum impress. Venetijs, item omnium lucubrationum catalogum per Erasmum, item tabulas in Cep. et in Rehet. (!)

Item Stanislaio Dietz Lucianum totum grece, item fabulas grece, item Horacij opera cum Iuvenale, item annotata homerica, item epigrammata Vrsini³⁴) prioris edicionis in quaterni., item siluam sententiarum ex (!) in pergameno cum ceteris, item opus de componendis epistolis Erasmi, item Coeporini³⁵) grammatica greca, item Terencium cum commentarijs Donati, item de duplici copia verborum, item Laurencium Vallam.

Item Videcopo³⁶) Basilium de legendis poetarum libris cum methamorphosi Ouidiana, item moriam Erasmi, item oracionem pro futuro iurisconsulto³⁷), non ligatam, item Quinqueecclesiensis³⁸) poemata.

Item Johanni Ventzki, preceptorum principum in Lignitz, do, lego Pindarum grece et latine, item elegantissi. Bembi³⁹) epistolam de imitatione, item Rhet. Trapezuncij, item processum iuris,⁴⁰) item Ringelbergium⁴¹) de homine, item Aldi nobiliss. grammaticam latinam.

Item Lucianum Samosatensem ex interpretatione Othmari⁴²) do, lego Andree,⁴³) college mei, discipulo, cui cognomen Venediger, item Erotemata Guarini forma enchiridij, item Epicteti enchiridion cum ceteris forma folij, item Rudolphi Agricole dialecticam absque commentario in pergameno.

Item Matheo, des maister Henrichs son, commentaria Boecij in topica Ciceronis, item Justini opera, item opera aliquot epistolica Ouidij non ligata, epistole eciam.

Item Johanni Polono do, lego annotationes in bucolica et georgica Eobani Hessi.

Item opera Musei cum Lucano, item Dionysius grece restituantur Pyrserio,⁴⁴) cui lego Silium Italicum.

Item Bartholomeo de Monsterberg Vergilij opera forma folij.

Item iuniori Clementi Boricio do ac lego rudimenta puerorum ligata, item Donatum latine et germanice, item grammaticam Philippi cum ceteris, ligata integre, item Terencium, Colonie impressum et ligatum integre, item Benedicti⁴⁵) Anatomiam cum ceteris libellis, lig.

int., item epitomen rei medicę per Cornarium⁴⁶⁾ forma paulo enchiridio maiore, continentur Monsteri horalogica item ibidem, ad que, est tabella in tabellis Galeni impressis, est preterea tabella ibidem coloribus ornata cosmogr., que omnia ei lego, item Aristotelem, quem Anshelmus⁴⁷⁾ misit, literas, ab Anshelmo missas, Urbanus exhibebit, item institutionem puerilem literarum grecarum cum institutione hebraicarum litterarum, non ligatam, sed in charta consutam, item tabellam Grammaticę, item typum decinationum et coniugacionum grecarum.

Item Johanni, fratri, Clementis Boricij juniori, lego grammaticam Philippi cum ceteris, item Terencium Colonie.

Item Laurencio Mellurio Catonem, illigatum med. cor.

Item Petro Monacho Juuenalem cum ceteris in pergameno consutis, item theriobuliam eciam, item Jacobi Silesitatensis⁴⁸⁾ elegantias cum ceteris.

Item domino Michali horalogium triplex, item psalterium forma enchiridij, vmbraculum item, item Dioscoridem grece, item speculum pro clarificandis oculis von stalh.

Item Anne, optime ac pientissime eius ac mee, dum laborarem in hac infirmitate, curatrici, que cibum pro voto atque alia suppeditauit, lego ij plumaticas, item 3 linteamina seu lodices, item ein pulster.

Item Else, que est apud Johannem Jutroli (?), ein hauptkussen et si quid erit aliud, quum eciam me curauit diligentissime.

Que mihi debentur.

Item Mathis Barbirer von wegen eines fremden knaben, Simonis von Crokaw, debet vij quartalia, das macht ein kleine marckh vnd 24 groschen. Von deme geldt geburt den Baccalarien die helffte. Item ist [er] mir schuldig pro priuata institutione desselbigen knabens eine kleine marck vnd 24 groschen, item von seinem sohn ij quartal, das macht 16 groschen. Dorauff hab ich von yme genomen ein stelen spigel vnd ij par schweindenitsche messer.

Item doctor Gandolphus⁴⁹⁾ mir 8 groschen vnd den baccalarien auch 8 groschen von wegen eines fremden knabens.

Item Jacob Polack debet 3 quartalia von wegen seines sones, ehe denn ehr alhie burgerrecht hat angenommen. Er wonet im hinderhaws bey dem Spremberg.

Item Wolff Freyberg, des steinschneider son, ij ($1\frac{1}{2}$) kleine marck, das dritte aber vierde hauß von doctor Clemens.

Item mein gevatter zur Neiß Just Lindner, ein tuchmacher, ist mir schuldig 3 schwere marck.

Constituo igitur huius vltime voluntatis mee legitimos procuratores dominum doctorem Clementem Boricium et dominum Lauren-

cium Kepetz, ciuem Vratislaviensem, vicinum et amicum meum charissimum, quibus et cuilibet eorum in solidum tribuo et facio plenariam potestatem et facultatem de rebus meis, post huius vite functionem a me deserendis, disponendi ac se de eisdem intromittendi easque iuxta modum suprascriptum distribuendi debitaque a quibusvis meis debitoribus repetendi et exigendi, super quibus eis cedo acciones, mihi competentes, omniaque alia et singula faciendi, que ad executionem huiusmodi vltime voluntatis necessaria fuerint seu quovis modo oportuna.

Item relinquo de paratis pecunijs 8 florenos vngaricos, item polonice monete 5 florenos per 30 grossos, item eiusdem monete grossos 48 et xj ($10\frac{1}{2}$), item 40 vngrisch antique monete, item varia et antiqua numismata, item 40 grossos noue vngarice monete, item rursum 100 denarios vngrisch antique monete, item ein romischen groschen, vbergolt, item ij antiquos grossos vngaricos Mathie⁵⁰⁾ Regis, item duos magnos grossos, in Cremnitz cusos, et 3 gantze taler groschen.

Actum die xij Junij.

Breslau, Stadtarchiv. Offizieller Eintrag im Liber signaturarum vom Jahre 1532, fol. 39b f. Das Original des Testaments ist nicht erhalten. 1) So verderbt steht die Stelle in der Vorlage. 2) pannum purpurian, wohl nach der Farbe genannt. 3) hasuca, czech. hazuka, deutsch Husacke, Schabracke, hier ein langes Oberkleid. 4) Ostrum, Sammet. 5) gutturninum, Gießfaß (Dieffenbach). 6) machaier, Machari, ein holländischer Stoff (Jacobsson, Technologisches Wörterbuch). 7) schmoschen, die Schmasche, poln. smuszek, Kürschnerbezeichnung für die Fellchen ungeborener Lämmer. 8) tesak oder tassak, poln., kurzes, breites Schwert. 9) sudarium, Schweiß Tuch, hier wahrscheinlicher Vestis sacerdotalis, quae alias Mappula (Ducange). 10) Philippus, hier, wie durchgängig, Philipp Melanchthon. 11) Angelus Policianus. 12) Ortsname oder Graece? 13) Antonius Mela oder Niger s. o. 14) Mathias Auctus s. o. 15) Georg Werner s. o. 16) Von Gregorius Haloander. 17) Der Jurist Andreas Alciatus. 18) Johannes Langus s. o. 19) Guilelmus Budaus. 20) Des. Erasmi Roteradami Epistolarum floridarum liber unus etc. Basel 1531. Fol. 21) Philippus Beroaldus. 22) Johannes Metzler s. o. 23) galepinum, vermutlich von calepis, eiserner Ofen (Ducange). 24) testudo gleich lagena (Ducange), Faß. 25) crepytte, crepitae, crepidae, genus calceamenti (Ducange), Pantoffeln? 26) nicht festzustellen. 27) Johannes Chrysostomus de providentia dei precationes. 28) Rudolphus Agricola Frisius. 29) Nicolaus Leonicens. 30) Vrbanus Bellunensis. 31) Christophorus Hegendorphinus s. o. 32) Andreas Cricius. 33) Henricus Loriti Glareanus. 34) Caspar Ursinus Velius, Epistolae et epigrammata, Wien (1517). 35) Jacobus Ceperinus. 36) Johann Chilo aus Wiedekop s. o. 37) Von Christophorus Hegendorphinus. 38) Janus Pannonius. 39) Petrus Bembus. 40) Von Johannes de Urbach? 41) Joachimus Fortius Ringelbergius Andoverpianus. 42) Othmarus Luscinius (Nachtigall). 43) Andreas Winkler s. o. 44) Mathias Pyrser s. o. 45) Johannes Benedicti Solfa. 46) Janus Cornarius. 47) Anshelmus Ephorinus. 48) Jacobus Wimphelingus. 49) Dr. med. Gandolphus Greuser. 50) Mathias Corvinus.

Anhang.

Rede Hieronymus Gürtlers für die Brüderschule in Culm. 1531.

H. Gürtler war noch während seines Goldberger Rektorats 1512 in Wittenberg Doktor der Medizin geworden. Er siedelte in der Folge als Arzt nach Thorn über und wird dort seit 1515 als Stadtphysikus genannt. Neben seinem ärztlichen Berufe behielt er das alte Interesse für die Bildung der Jugend und er bethätigte es nicht bloß durch die Abfassung von neuen, philosophischen Schulbüchern, die ihn weit überlebt haben, sondern auch durch ausdauernde Sorge für seine ehemalige Anstalt, die Partikularschule der Brüder vom gemeinsamen Leben in Culm.

Die Wirksamkeit der Brüder hatte zwar in Preußen allgemeine Anerkennung gefunden, aber ihre ganze Lage hatte sich mit der Zeit verschlechtert. Sie und die Schule gingen dann trotz der eifrigen Bemühungen des Culmer Bischofs Johann Konopacki, der den Brüdern neue Einkünfte überwies und sie zu Kanonikern machte, noch weiter zurück, als die reformatorische Bewegung auch nach Preußen eindrang. Durch Gürtler machten daher die Brüder 1531 bei einer Tagung der preußischen Stände in Thorn den Versuch, die Versammelten für die Erhaltung der sinkenden Schule zu gewinnen; sie erbaten die Mittel für die Besoldung von drei Unterlehrern. Gürtler arbeitete zu diesem Zwecke eine Rede aus, die dann ein Knabe vor den Ständen hielt.

Die Rede ist in Krakau zum Druck gelangt, und man merkt es leider dem heut seltenen Druck an, daß der Verfasser die Bogen nicht „auf der Presse“ gelesen hat. Der Titel lautet: HIERONYMI AV- | RIMONTANI A FERIMONTA- | NIS PRO CVLMENSIS GYMNA- | SII INSTAVRATIONE AD | PRIMATES PRVSSIAE O- | RATIO IN COMITIIS | TVRONENSIBUS | HABITA, ANNO | M. D. XXXI. || Cra- couiæ apud Hieronymum Vietorem, | artis typographicæ alumnum. || O. J. 4^o. 6 Bl. S. 2 und 1. Bl. leer. Sign. Aiiij, Aiiij. Als Vorlage diente das Exemplar des Czartoryskischen Museums in Krakau.

PRO CVLMENSIS GYMNASII INSTAURATIONE AD PRIMATES
PRUSSIAE ORATIO.

Neminem vestrum¹⁾ miraturum, opinor, praesules reuerendissimi dominique magnifici ac generosi, viri optimates ac senatores consultissimi, qui in his sacris comicijs in usum reipublicae Prussianae sacrae maiestatis regiae iussu legatos agitis, quod ego infans, audax facinus hodie aggressus, pro Culmensis olim celeberrimi bonarum litterarum studij canonicis, quos vulgo domus scholasticorum fratres seu paedotriicae gymnasticaeque exercitationis paedagogos vocant, oratorem agens, exorator sim euasurus, dum modo aures benignas oratiunculae meae praebere non grauabimini.

Haud enim²⁾ estis ignari, primates optimi, quantum utilitatis ac commodi Culmense illud gymnasium³⁾ non solum uniuersis Prussiae urbibus, verumetiam exteris plaerisque nationibus olim contulerit, porro quibus in singulos fere annos viros modis omnibus reddidit doctissimos cum maxima maiorum vestrorum gloria, quin ipsi locupletes eius rei testes estis, qui magna ex parte, eius loci facti olim alumni, prima bonarum litterarum principia degustastis, quibus probe iactis, reliquis honestis studijs operam impendentes, eo profeceritis, ut in eas dignitates, honores statusque splendidos, in quibus nunc agitis, merito estis prouecti.

De praesentibus futurisque liberis,⁴⁾ qui bonis litteris in horas et in dies formandi erudiendique veniunt, quid expectandum sit, si vestris consilijs ac opibus fortunisque huic studio, cuius locus ille tenuissimas adhuc alit reliquias, defueritis, cum vestra, tum reipublicae iactura experiemini. Si vero denuo huic academiae serenissimae regiae maiestatis auctoritate consilio, auxilio et reddituum prouisione suppetias tuleritis, haud necesse erit, viros doctos et reipublicae administrandae iuuandaeque idoneos, vel archigrammateos, quos vulgo cancellarios vocant, vel tabelliones, quos notarios seu scribas appellitant, aliunde aduocare et accersere, nec exterarum nationum hominibus archana vestrae patriae consilia credere, cum filijs vestris, qui futurae posteritatis consiliarios acturi sunt, locus hic affatim cumulatissimeque viros suppedabit eruditissimos, quibus mores, quibus patriae iura, quibus patriae consuetudines non erunt incognita.

Expergiscimini itaque,⁵⁾ viri ornatissimi, sacrae maiestatis a consilijs clarissimi, remque consulto expendite, et si gymnasia constituere et excitare vobis sit difficillimum, non sit vobis, obsecro, difficile, gymnasium, a maioribus vestris olim constitutum, seruare et

1) Randlemma: Exordium. 2) Rl.: Narratio. 3) Rl.: Culmensis studij utilitas necessitasque. 4) Rl.: Argumentum à contrario. 5) Rl.: Exhortatio pro Culmensis gymnasij instauratione.

in pristinum reuocare florem. Quod nisi gnauiter et strenue atque ocyssime factitatum fuerit, actum erit de litteris et amicis vestris, quos habetis profecto charissimos, qui¹⁾ subinde non eruditi, sed plane barbari et litterarum ignarissimi in Prussianae reipublicae iacturam non mediocrem educabuntur.

Propalam enim videtis, cumprimum hac tempestate, virorum doctorum inopia uniuersa bonarum artium studia labefactari atque adeo ire²⁾ in praeceps, ut viri, et hi quidem docti, apud nostrates phoenicibus erunt rariores, qui tanti aestimantur precij adeoque necessarij,³⁾ quo sine his nullum hominum genus, nulla respublica, nullum imperium, nulla urbs, nec arx quidem, nec pagus aliquis insignior probe constare potest.

Operae precium itaque est, vestrae reipublicae tanto thesauro consulere. Nam nisi pueri vestri primum domi et in patria triuialibus studijs, praelibatis bonarum litterarum principijs, a puero fidenter formati, instituantur, imbuantur, educantur, ad exterarum nationes missi, rarerent docti euadent, in confesso est. Caeterum plerumque patrimoniorum decoctores, qui e publicis illis gymnasijs reuersi, nil eximium praeter vana fictaque, ut ipsi vocant, promotionum nomina⁴⁾ secum adferunt, quos tamen nonnunquam argutos fistulicines, testudinum peritos, amasios egregios, digladiatores optimos in patrias aedes repedare, vestro naufragio compertum habemus, non publicorum gymnasiorum culpa, verum praeceptorum in discipulos molli et inerti corrupti indulgentia licentiaque. Qui autem e Culmensi bonarum artium palaestra cultae latinitatis incicia utcumque degustarunt, etiam si peregrinis atque adulteris aliquando artibus indulserint, doctos tamen remeare in patriam, usque experti sumus.

Ferte itaque opem,⁵⁾ viri omnes clarissimi, qui hic a consilijs regiae maiestatis agitis, adeste vobis ipsis, consulite pro prudentia vestra patriae, cuius rempublicam non sine laude administratis. In hoc omnibus, ut aiunt, viribus nerisque incumbite, si, Prussianae reipublicae atque adeo rei litterariae prospectum esse, velitis, ut Culmanam palaestram instauretis. Huc, viri omnes magnifici, qui immortalitatem nominis ac famae vobis⁶⁾ comparare volueritis, vertite animum, studium, operam, facultates denique, qui religioni et reipublicae, Prutenicae potissimum, inseruire conamini. Huic denique instaurandae scholae legare dedicareque testamenta studete, si qua condere deo grata,⁷⁾ Prussiae felicia, vobis ipsis salutifera statuere volueritis. Quod et paruo et modico sumptu commode effeceritis, si in

1) Druck: quos. 2) Dr.: iri. 3) RL: Doctorum virorum necessitas. 4) RL: Promotionum ficta nomina. 5) RL: Petitio et commonefactio. 6) Dr.: sibi. 7) RL: Testamenta deo grata.

uniuersum, reuerendissimi amplissimique domini pontifices atque magnifici domini palatini et relique nobilitatis viri generosi, una cum spectabilibus urbium legatis huic studio tribus hypodidascalis, bonarum artium enarratoribus seu praelectoribus doctissimis, publico et annuo stipendio vestris impensis communi omnium consilio prospexeritis, qui praelectores, iam certis prouisi salarijs, in Culmensi ingenuarum litterarum domicilio in publicum patriae usum autores et lectiones commodas profiteri, sint deuincti. Sic doctissimorum virorum copia vobis non deerit. Quod et patriae vestrae non solum ornamento, verumetiam utilitati et iucunditati erit non mediocri.

Res enim seria est,¹⁾ ingens est et quae Christi²⁾ uniuersaeque christianitatis plurimum interest, ut pie, ut christiane educatur iuuentus, non ventris modo causa, qua pene omnes litterarum studiosi tendebant, sed et rerum publicarum gratia, quod et aethnici animaduertentes obseruabant, qui doctis et bene educatis ciuibus semper sibi frugi esse persuadebant. Multo igitur magis christianorum senatorum³⁾ ac consulum interesse videtur hoc prouinciae, ut summam operam nec curam minorem instituendae publi impendant, quandoquidem alias totius reipublicae functiones, res, negocia, consilia horum fidei commissa sunt, certe pro tradito officio aut debito nunquam satisfecerint reipublicae, nisi hanc per omnia diu noctuque oculis vigilantissimis promouere studuerint per hoc, quod ex eius usu esse cognouerint. Ciuitatis vero incrementum non in hoc tantum consistit, ut ingentes thesauros habeat reconditos, ut muris bene cincta sit, superbis aedificijs exornata et quod tormentis bellicis et omni armorum genere sit instructissima, immo potius, ubi harum rerum parata est copia in hancque stolidi inciderint et temerarij, audaces, tanto peius ei urbi consultum esse, vel caeco perspicuum est; verum ut respublica per omnia secunda floreat ac salua sit,⁴⁾ in hoc consistit potissimum, ut doctos, honestos, ratione praeditos, liberaliter educatos ciues, et quidem non paucos, possideat, quorum studium tandem et dexteritas perfacile thesauros cumulati reponere et reliqua, quae reipublicae necessaria sunt, procurare et conseruare poterint, qui necessitatis tempore pro reipublicae utilitate prudenter, ingenue atque docte dicere possunt quique pro eius libertate vires omnes, fortunas, uxores, liberos et denique sanguinem ipsum effundere audeant mortemque, ut patriam ab iniuria vendicent, non vereri, sed potius quam lubentissime oppetere, parati sint.

Quapropter,⁵⁾ summates ornatissimi oratoresque praeclarissimi, rem ipsam perpendere, non sit vobis molestum, sed ob oculos exemplum ponite, quantum huic rei litterariae urbs illa Culmensis, terrae huius

¹⁾ Rl.: Probatio. ²⁾ Vielleicht: christiani? ³⁾ Rl.: Christianorum senatorum officia. ⁴⁾ Rl.: Quo reipublicae salus pendeat. ⁵⁾ Rl.: Culmensis urbis laus.

quondam primaria, in qua et maiores vestri gymnasium publicum, quod universitatem vocant, excitare destinarunt,¹⁾ contulerit, quae,²⁾ quod sub extremum etiam suum interitum³⁾ domos contuberniorum, loca amoenissima, agros, hortos, pagos, altarium pensiones in rem litterariam non tantum praestitit, sed etiam singulari quadam liberalitate ac munificentia profudit. Non sitis igitur, magnates potentissimi, post sexcentas vestrarum amplitudinum pollicitationes, promissiones, sponsiones rem iuvando litterariam citra facultatum vestrarum iacturam Culmensibus iam denuo inferiores.

Quis enim locus⁴⁾ ad hoc litteratorium studium tranquillior? quis aeris clementia secundior? quis amoenior? quis demum per deum immortalem commodior et aptior? qui et natura sponteque Musis natus et dicatus videtur, in quo nulli clamosi tumultus fori, nulla diuagandi opportunitas occasioque aut rerum agendarum strepitus, nulla quoque studiorum auocamenta aut populi frequentia, quae litteris impedimento esse possint. Quin et hoc expendite, quod tametsi in plaerisque alijs locis studium litterarum floridis initijs iactum sit ac varijs attentatum artibus, attamen paulo post evanuisse, Culmense vero, utcunque habuerit initium, floruisse usque ad miraculum, constat, quin et hae reliquiae, nescio qui, alijs gymnasijs magis exsplendent.

Nec vos,⁵⁾ colendissimi praestantissimique procures, hoc offendat,⁶⁾ quod fratribus, dictae academiae gymnasiarchis, opem eisdem implorantibus, objici solet, priuatis suis⁷⁾ domi scholis consultum ac prospectum⁸⁾ iri, oportere. Idque vestrum mouere debet neminem. Curae enim vobis esse debent domi scholae, in quibus pueri vestri primum educandi sunt, sed non quam diutissime. Nam in propatulo est, quanta domi apud parentes libertate pueri degunt et indulgentia et, Quintiliano conquerente, corrumpuntur,⁹⁾ quam perditis moribus adsuescunt, iam et obscoena verba et dira a teneris, ut aiunt, unguiculis discunt. Quam demum litterarum frugem sibi domi reponere solent, vestro iudicio relinquam. E diuerso Culmae nihil audiunt nisi profuturum, nisi frugiferum, interim et mores studiosis dignos imbibunt. Quin et Plinius in Epistolis hortatur, primum mores discendos, mox eloquentiam, quae male, inquit, sine moribus discitur.

Jam¹⁰⁾ si quis eius loci eduliorum penuriam obiecerit, quam pueri, sua libertate voluntateque priuati, quo suo carcere liberentur, perperam fingere solent, eam profecto minime subaccusare oportet. Nihil enim deest istic contubernalibus, quod ad victus rationem pertinet, non ad voluptatem, et recte quidem, quando liberalium artium studia lautas non postulant epulas, sed frugalitatem potius, sed sobrietatem. Ad

1) Vergl. Hieronymus Görtler etc., 10. 2) Dr.: Quid. 3) Ergänze: fecit. 4) Rl.: Studij locus probatur. 5) Rl.: Obiectorum trium confutatio. 6) Rl.: Prima. 7) Ergänze: cuiusque. 8) Dr.: perspectum. 9) Dr.: corrumpantur. 10) Rl.: Secunda.

haec nemo non est, qui liberos suos non mauult domum reuerti, eruditionis et scientiarum peritos moribusque excultos, quam farragine et lautitijs ciborum saginatos et incrassatos repedare et quasi e locuplete aliquo Sardanapaleano contubernio ventriosos¹⁾ postliminio reuerti.

Caeterum²⁾ adhuc video, quod possit obijci nobis, hoc quidem pacto: Tu maxime inquis, scholas esse constituendas; verum quo nobis Latina, Graeca et Hebraica lingua spectant et reliquarum disciplinarum cognitio? An non possumus biblia, in linguam nobis vernaculam transfusa, legere, quae nobis copiose ea, quae ad salutem scitu necessaria sunt, aperiunt? Nihil igitur prorsus esse discendum, vel in priuatis, vel in publicis illis scholis. Res mira, imperitis obuenire cogor! Est enim omnino vis maior litterarum, quam vulgo existimatur, neque enim religionis ornamentum splendidius est, quando ciuilis status e litteris pendet, nemo praeterea est, qui nesciat, dictis tribus linguis omnem Christi veritatem et rerum sciendarum prudentiam traditam esse, quae apud omnes gentes litterarum cognitio³⁾ in precio habetur, nec sumus adeo nescij, quin sciamus, linguam imprimis Latinam apud omne genus hominum apudque omnes nationes notissimam, tam necessariam quam utilem, si et litteris et mutuo colloquio cum amicis et inimicis praesentes et absentes contendere voluerimus; litterarum igitur Latinarum cognitio⁴⁾ ob linguarum varietatem apud uniuersum hominum genus summe necessaria est: scholae itaque constituendae!

Pensitate⁵⁾ itaque, patres reuerendissimi, domini magnifici, senatores reipublicae consultissimi, praesentem apud vestras amplitudines habitam orationem, profecto non minus veram quam necessariam. Tandemque, postulationi meae ut aures praebuistis benignas, ita animum quoque re ipsa propensum exhibite, nec sinite, me voti mei in re, tam reipublicae nostrae quam vobis omnibus necessaria, impotem discedere. Verum serenis frontibus annuite, ut hinc domum exorator discedam proque vestrarum amplitudinum benigna responsione laetum expectatumque diu nuncium reportem.

Dixi.

1) Dr.: ventriosus. 2) Rl.: Tertia. 3) Dr.: cognitione. 4) Dr.: cognitione.



quondam primar
quod uniuersitat
quod sub extrem
amoenissima, a
litterariam non t
tate ac munificen
post sexcentas v
sponsiones rem it
Culmensibus iam

Quis enim lo
aeris clementia
immortalem comm
et dicatus videtur
opportunitas occas
studiorum auocar
mento esse possint
alijs locis studium
tatum artibus, att
habuerit initium,
reliquiae, nescio q

Nec vos,⁵⁾ col
quod fratribus, c
implorantibus, obij
prospectum⁸⁾ iri, c
Curae enim vobis c
primum educandi s
est, quanta domi a
et, Quintiliano con
adsuescunt, iam et
culis condiscunt. Q
solent, vestro iudici
profuturum, nisi fru
Quin et Plinius in
mox eloquentiam, q

Jam¹⁰⁾ si quis e
sua libertate volunta
ingere solent, eam
deest istic contubern
voluptatem, et recte
non postulant epulas

1) Vergl. Hieronymu
Studij locus probatur. 5)
gänze: cuiusque. 8) Dr.:

© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Gray Scale



asium publicum,
ntulerit, quae,²⁾
uberniorum, loca
siones in rem
quadam liberali-
tes potentissimi,
, promissiones,
rarum iacturam

anquillior? quis
um per deum
que Musis natus
ulla diuagandi
nulla quoque
itteris impedi-
in plerisque
e varijs atten-
vero, utcunque
quin et hae

noc offendat,⁶⁾
opem eisdem
consultum ac
et neminem.
pueri vestri
in propatulo
et indulgentia
litis moribus
aiunt, ungui-
omi reponere
audiunt nisi
os imbibunt.
discendos,

quam pueri,
r, perperam
Nihil enim
et, non ad
udia lautas
tatem. Ad

fecit. 4) Rl.:
prima. 7) Er-
Secunda.

